Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ACT 2

istud sanctatis. Dimissi autem uenerunt ad suos. et an
nuntiauerunt eis. quanta ad eos principes sacerdotum
et seniores dixissent. qui cum audissent. unanimiter
leuauerunt uocem ad dm et dixerunt. Dne tu qui
fecisti celum et terram. et mare. et omnia que in
eis sunt. qui spiritu sancto per patris nri dauid pueri
tui dixisti. Quare fremuerunt gentes. et populi
meditati sunt inania. Astiterunt reges terre. et princi
pes conuenerunt in unum. aduersus dnm. et aduer
sus xpm eius. Contenerunt enim uere in ciuitate ista ad
uersus sctm puerum tuum ihm quem unxisti. Herodes
et pontius pilatus cum gentibus et populus israel. facere
que manus tua et consilium tuum decreuerunt fieri.
Et nunc dne ds respice in minas eorum. et da seruis
tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum in eo cum qd
manum tua extendis. sanitates. et signa. et pdi
gia fieri. per nomen sci pueri tui ihu. Et cum orassent
motus est locus in quo erant congregati. et reple
sunt omnes spiritu sancto. et loquebantur uerbum dei cum
omni fiducia. Multitudinis autem credentium erat
cor unum et anima una. nec quisquam eorum que posside
bant aliquid suum esse dicebant. sed erant illis
omnia communia. Et uirtute magna reddebat
apli testimonium resurrectionis ihu xpi dni xpi
nri. et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim
quisquam egenus erat inter illos. Quot quot enim pos
sessores agrorum aut domorum erant. uendentes affe
rebant pretia eorum que uendebant. et ponebant
ante pedes aplorum. diuidebantur autem singulis. pro
cuiusque opus erat. Ioseph autem qui cognomiatus est bar
nabas ab aplis. qd est interpratatum filius consolationis.
leuites cyprius genere. cum haberet agrum uen
didit illum. et attulit pretium. et posuit ante pedes
aplorum. Vir quidam autem nomine ananias cum